



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

3. Dies Januarii. Principium quantitate est minimum, potestate maximum.
Aristot. Elench. 2.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-55659)

3. DIES JANUARII.

Prinципium quantitate est minimum, potestate maximum. *Aristot. Elench. 2.*

Ut nova sa- I.
cias, mul-
tum depen-
det à prin-
cipio.

Anni vix nati adhuc sunt in-
cunabula, lucefcents tan-
tum est crepusculum, ori-
tis principium. Hic igitur
stans in anni exordio, si quid habes ingenii, si quid
industriæ, id totum impende, & expende, ne pa-
tiaris irreparabile dispendium, si negligas anni prin-
cipium. Hujus temoneat, & ad cautelam moveat
illa hujus diei tessera, ex Lyceo deprompta: *Princi-
pium quantitate est minimum : potestate maximum.*
Hic tibi propone duo sibi opposita. Minimum, Ma-
ximum. Cave minimi facias principium, quia Mini-
mum: quidquid enim inde sequitur, seu damnum,
seu lucrum, est Maximum. Bonum enim cuius-
libet rei principium, optimi finis est augurium. Qui
porro male incipit, pessime desinet. In Anni exor-
dio, temporis feriae, sunt secuturi per annum tem-
poris, velut exequiae. Perdes cuncta, si sis cuncta-
tor.

**II. Error in principio parvus, progressu fit ma-
gnus, in fine maximus.** Primum duarum viarum
divortium, spatio licet est minimum; vix enim uno
distant gradu: at sensim protractum, desinet in
maximum intervallum. Haec enim geminæ viæ, quæ
vix binis distabant palmis, jam distant plus quam
sex-

ar.
m,
in-
an-
en-
tur
uid.
pa-
rin-
year
ci-
im.
Ma-
ni-
um,
us-
Qui
or-
m-
ta-
na-
am
mo
t in
ux
am
ex

Januar.

Tessera.

7

sexcentis leucis. Quantus error, ex quantillâ origine ! Attende. Nullum est momentum temporis, cuius pretium non sit infiniti ponderis, & negliges hujus temporis principium; Ab hujus anni exordio, velut à puncto linea, sequitur (a) series longissima rerum, ac temporum: videlicet 12. Menses, 52. Hebdomades, 365. Dies, 8. millia horarum & 760. Tanti temporis successus, dependet à temporis principio. Et quia hic annus fors tibi erit postremus, ab ejus principio fors pender tua salus. Quamobrem si sapias, imò ut sapias, audi monitum, & sequere consilium. (b) *Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare.* Imò quidquid potest; facere reminiscendo memoria, cogitando intellectus, cupiendo voluntas, quidquid possunt facere quinque in corpore sensus, & singula corporis membra, hoc totum, totis, & corporis, & animi facultatibus, omnibus, & naturæ, & gratiæ viribus aggredere, & non oscitanter, sed instanter operare in hujus anni principio. Quia quod seris ineunte Januario, metes exente Decembri.

III. Ut porrò quod oportet facere, citò facias : præbit Pastor prius ovium, Rector dein hominum, David. Is cùm audiret velut ex alto resonare Dei classicum ad castra sua evocantis : cùm sentiret se totum Divino repleti afflatu, ac cœlesti instinctu ad novum, atque excelsius vitæ genus cieri : statuit mox aliam ordiri vitæ telam. Sed quando ? An post annum ? Hoc nimis erat serum ? Post mensem ? Adhuc citius ; post diem ? Et illud videbatur

A 4

lentum;

(a) *Virg. I. En.* (b) *Eccles. 9.10.*

entum; post horam igitur? Vel horam nisi erat longa mora. Quando ergo? Audi loquentem, sequere praeuentem. (a) *Dixi: nunc capi.* Non differam in crastinum, non in sequentem horam, non ad momentum temporis; sed hoc loco, hoc momento; nullâ interpositâ temporis mora; denique non pauciò post, incipiam, sed *nunc capi.* Tale sit & tuum decretum. Nunc cum est dies salutis, nunc cum favet tempus, quod est acceptabile, ætas quæ floret, valetudo quæ est integra, dum cœlum promissum mihi in præmium: Hodie non incipiam, nec cras, sed jam *nunc capi.*

Per multum cras, cras, tandem dilabitur ætas.

4. DIES JANUARII.

Ordo est, quem si tenuerimus in vita, perducet ad Deum, quem nisi tenuerimus in vita, non perveniemus ad Deum. *Aug. l. I. de Ord. c. 9.*

In omni-
bus ser-
vandus
ordo.

I.
R

Erum principium, tenere in rerum successibus principatum, fuit hesternæ tesseræ argumentum. Sed ne in principio devies ab eo qui est principium, sit tibi princeps labor servare ordinem. Nec enim qui venisti à Deo, pervenies ad Deum, nisi beneficio ordinis. Ut hunc serves, quid sit ordo, observes. (b) *Ordo est dispositio plurium, tribuens unicuique quod suum est.* Graviter necesse

(a) *Psal. 76. 11.* (b) *Gerson. T. 4. defin. terminor.*